



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 30. Equestris Ordo a Mantuano Duce institutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.
A. C. 1608.

§. XXX.

*Equestris Ordo a Mantuano Duce
institutus.*

Cum Vincentius Gonzaga hujus no- *Bovmani*
minis quartus Mantuæ Dux Fran- *Equestr. Ord.*
cisci filii sui cum Margaretha Sabaudia
Ducissa connubium solemnè pompa hoc
anno celebrasset, ut inter hæc deli-
cias Christianæ pietatis haud immemor
esset, approbante Paulo V. viginti E-
quites creabat ad honorem Sacri San-
guinis, quem Christus Dominus in ara
Crucis effudit, & Mantuani hæredita-
ria traditionis notitia imbuti quasdam
ejusdem Sacratissimi cruoris guttas a
Longino collectas se asservare credunt.
Hi Equites in Ordinis sui torque inter
flammarum scuta insculptas referunt bi-
nas hæc literas. D. P. quibus hæc
verba significantur: *Domine Probasti;*
Dux enim hujus Ordinis Author Equi-
tes suos ad omnes tribulationes obdu-
ratos, & unanimi fidelitatis & charita-
tis vinculo, quo cunctæ adversitates vin-
cuntur, conjunctos esse voluit, hinc nu-
mismata ex præfata torque appendi cu-
rabat, hac inscriptione: *Nihil isto triste
recepto.*

§. XXXI.